

derant, virum quarant et genere et probitate conspicuum, au-
toritateq; prstantem, cui libros dedicent, consecrent et com-
mendent: quorum patrocinio maleuolorum omnia ridentium,
et vel margaritas porcorum more calcantium, et calumniam
et inuidiam effugere se posse confidunt. Quia me causa im-
pulit, ut Commentarios in Diuum Mathaeum primum Euan-
gelistam, quos amicorum hortatu in lucem edere statueram, ti-
bi potissimum dedicarem. Nec enim ullus commodior pa-
tronus, gravior, et dignior occurrebat. Eligant alijsibi Re-
ges, si volunt, eligant Imperatores, tu unus mihi instar es om-
nium, tequè meum mihi constituo Mecænatem. Quid enim
in te desiderem, cuius inclita nobilitas est, autoritas maxima,
prudentia singularis, sapientia incredibilis, amor in me non
vulgaris? Quid de probitate et virtuteloquar? quid de pie-
tate erga Deum? quid de Christiana religione? Non hic ne-
cessè arbitror tuum genus commemorare, et ab illis heroibus rit
tauis et tuisq; tuis repetere, quorum opinio cunctorum animos,
mentesque compleuit, quorum splendor aciem perstringit ocu-
lorum. Quia tua prudentia sit, à Philippo Rege honores tibi
decreti, prouincia mandata, et negocia commissa declarant.
Res magnas iam inde ab adolescentia gesisti, nunc istius reg-
ni procuratione distineris, breuiq; spero futurum, ut Rex no-
ster te ad maiora promoueat. Restat sapientia, literarumq;
intelligentia diuinarum, in qua ita excellis, ut tuo sis parente ma-
ior, quem scimus non modo genere et maiorum claritate sed
etiam literis et eruditione fuisse perillustrem. Quis si viueret,
te tali actanto filio iure posset, ac meritò gloriari. Si enim, Salo-
mon teste, gloria patris est filius sapiens, cui esse dubium potest,
quin ex tua eruditione atque doctrina incredibili pater ille tuus
animo caperet voluptatem: seq; à te vincifacile pateretur? Quia
me certatio ab illorum accusatione defendit, qui mecum hoc
consilium